

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker D. & PP. Ad
Cohonestandas Exequias Quas ... Dn. Georgio Hagemeister/ Civi primario &
Iudicij Aedilitij Secretario fidelissimo Vidua eius maestissima Hodie hora 1. in
aede Jacobaea paratura est. Omnes Literatos & Literatorum fautores ... invitati**

Rostochii: Kilius, 1640 [i.e. 1660]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777520222>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H. R.,

in G. Hagemeister.

R. 16 60.

80.

63

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RUDOLPHUS
Redefer D. & PP.
HONESTANDAS EXEQUIAS
Quas
Spectatissimo & Doctissimo
DN. GEORGIO

Hagemeister/
Civi primario & Judicii Ædilitii Se-
cretario fidelissimo

Vidua ejus mæstissima
Hodie hora I. in æde Jacobæa paratura est.

**Omnes Literatos & Literato-
rum fautores, præprimis Cives Academicos,
officiose & studiose invitati.**



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII Acad. Typogr. ANNO M. DC. XL.

LX

Qui punitio & iudicij. Et quod si
cives sedis ergo sunt
videt quis nunc illius
Habere potest in oculis
Quae tamen iudiciorum
Qui dicitur & iudiciorum

ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΛΕΩΝΤΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ



RECTOR UNIVERS. ROSTOCH.
HEINRICUS RUDOLPHUS *Xeoder/*
CIVIBUS ACADEM.

Salutem!



Uoties ipsum *Hominis* nomen in-
tuemur, toties meritò ad huma-
næ imbecillitatis sortem contri-
stamur: Homo enim ex humo di-
ctus & factus *Genes. 2.* naturâ bre-
vis est vitæ, foliorum generatio-
ni similis, & merum figmentū ex
luto. Philippus Macedo ut peni-
tius in inconstantis humanæ vite
conditionem introspiceret, ho-
minem, qui magna se jactantia effert, ac tanta superbia
exultat, ut dominum ac domitorem cunctorum anima-
lium se esse credat, animal esse mortale, caducum & o-
mnium infirmissimum ex nominis intuitu judicavit. Qua-
re puerum habuit, hoc quotidie sibi delegato munere
fungentem, ut priusquam vel ipse prodiret, vel alias quis-
quam ad se admitteretur, hanc imbecillitatis notam
ter sibi acclamaret: *Philippe homo es.* Et Simonides jussus
sapiens aliquod dictum in medium proferre, hoc huma-
næ vite præceptum credidit; *Memento te hominem esse.* Un-
de sapienter quidem apud Homerum Ulysses dixit: *Nihil
hominem infirmum tellus animalia nutrit, inter cuncta magis:* Sive
enim ad ortum sive ad progressum vite humanæ respexe-
rimus,

rimus, ubiq; fallax rerum facies. Nam *Omnis caro fænum,*
& omnis gloria ejus quasiflos agri. Esa. 40. Solus enim homo
â primo nativitatis termino alienis opibus se tuetur: Nu-
dum ipso natali die natura in terram ceu matrem suam
abjicit & ad vagitum ploratumq; exponit, cum tamen
aliis animalibus natura vester paret. Nam ovibus velle-
ra, avibus pennas, piscibus squamas & aliis animalibus
spinas, setas & pilos natura formavit, homo autem sine
ullo integumento nudus nascitur. Aliis animalibus na-
tura â primo ortus momento vel robur conservandi sese
indidit, vel cibum præsentem paravit: Homo autem nisi
in primis cunis sollicite vinciatur, in utilis fit & contrahi-
tur; ac uti in pueritia aliorum subsidiis indiget, ita adul-
tus multo labore, continuis vigiliis ac indefessa industria
victum & amictum querere debet. Ita semper in metu,
molestia, conturbatione, luctu ac angore degit, donec ult-
imum tandem naturæ debitum serius vel citius exsolvat:
Neg; etiam dicente Ammiano Marcellino. *Ulla vis huma-*
næ vel virtus meruisse unquam potuit, ut quod præscripti fatalis
ordo non fiat. Ad quam sententiam etiam Homericum il-
lud redigitur,

Non est qui fixas Parcarum avertere leges,
effugere aut possit

Inde Silenus vetustate clarus poeta quando infirmitatem
& inconstantiam hominis contemplatus est, *Maximum*
dixit munus homini à Deo esse, non nasci: proximum autem in pri-
mo vite limine occumbere. Et Getæ Thraciæ populi soliti
sunt puerperia lugere, ut indicarent infortunia humana,
quibus humana ingenia indies excruciantur. Sanè,
nihil aliud est vita in terris, quam morbus perpetuus, mi-
seria inextricabilis, & cursus continuus ad mortem & se-
pulcrum; homo enim vanitati similis *Psalm. 144.* est sicut
umbra

umbra super terram. Nam verum est quod Job queritur
homo natus de muliere, brevi tempore vivit & multis miseriis re-
pleteur. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit veluti um-
bra & nunquam in eodem statu permanet. Quoniam homo
umbra est & fumus & insomnium, cuius vita quam oxyssi-
me avolat. Nam uti prima ætas ingenti amentia repleta
est, ita subsequens innumerabili miseriarum molestia cir-
cumdata insperatò evanescit. Hanc etiam humanæ le-
gis immutabilem sortem subiit & explevit Vir tam doctri-
nà quam virtutibus civilibus Præstantissimus DN. GEOR-
GIUS HAGEMEISTER, cui longiores dies, si in votis hu-
manis fuisset positum, ex animo vovissemus, nisi æterno
Deo, qui vitam & mortem hominis sua potenti manu re-
git, aliter placuisset. Quis enim, sive respexerit vitam
ejus inculpatam, sive officiū quod in utilitatem hujus ci-
vitis contulit indefessum, sive viduam, acerbissimis la-
crimis insperatam optimi Mariti mortem deplorantem,
sive liberos in primo ætatis curriculo dulcissimi parentis
subsidiis orbatos, non simul cū dolore tam infelice casum
prosequeretur: Fuit enim cui superstitiones omnes boni fave-
bant, & propter modestos mores & raram seculi probitatē
jure merito favere debebant. Natus autem est pie defun-
ctus DN. GEORGIIUS HAGEMEISTER, hic Rostochii
parentibus honestissimis Anno 1617. d. 21. Aug. & renatus
sacro baptisme, in Ecclesiam Christi cooptatus est. Pater
ipsi fuit Vir honestissimo eruditionis & virtutum elogio
Speciatissimus DN. GEORGIIUS HAGEMEISTER, Se-
nator Reipub. hujus Rostoch. Amplissimus: Matrē autem
habuit Matronam fœmineis virtutibus ornatissimam
MARGARETHAM Beseling/ quam, (cum rara felicitate
ad septuaginta tres annos vixisset) hoc anno ad sepulcrum
quietis commitatus est. Avus paternus ipsi fuit Vir Clarissi-
mus

mus DN. GEORGIUS HAGEMEISTER , Sereniss. Du-
cis Mecklenb. olim Secretarius Cameræ, & Oeconomus
Gustroviensis fidelissimus: Aviam Paternam habuit fo-
minam laudatissimam REGINAM Krügers. Avus Mater-
nus ipsi fuit Vir Amplissimus DN. CHRISTIANUS Besee
lin / Senator quondam & Camerarius Reipubl. patriæ bene
meritus: Avia Materna fuit matrona ornatissima MAR-
GARETHA Burschops. Ex hisce majoribus natus DN.
GEORGIUS HAGEMEISTER , primam juventam non
in turpi otio, sed honesto negotio assiduuus transegit; neq;
in adultiori ætate ab honesto labore defecit. Pater enim
ejus cum sciret nullum thesaurum pretiosiorem, nullum
que patrimonium stabilius liberis relinquere posse, quam in-
genuam educationem, honestis literis suffultam , nihil
eorum intermisit, quæ ad informationem filii non dege-
neris pertinere credidit; Quapropter tam publicis quam
privatis præceptoribus eum erudiendum follicite com-
mendavit. Cum autem jactis humanioris literaturæ fun-
damentis dignus videretur qui ex trivialibus & grammati-
starum claustris in Scholas Regias quas Academias voca-
mus ad majora virtutis & bonæ indolis specimina ablega-
retur, Anno 1635. tūm Præceptorum Judicio, tūm Paren-
tis prudentissimi consilio Lugdunum Batavorum ceu ad
emporium literarum præclarissimum missus est. Neq;
ibi duntaxat substitutus, verum etiam alias celeberrimas Ba-
taviæ academias Studiorum cupidissimus invisit, nec in-
visit tantum sed etiam pro virili studiis liberalibus ope-
ram dedit. Anno 1637. domum à parentibus revocatus, in
celeberrima hac Universitate, præcipue sub Præsidio Viri
Consultissimi & Excellentissimi DN. JOACHIMI
SCHNOBELII, Jcti & Antecessoris olim celeberrimi,
hodie Sedinensium Syndici gravissimi , studio jurispru-
dentiae

dentia industria dedit operam; donec Anno 1646. suorum Parentum consensu cum pudicissima & honestissima Virgine URSULA Korffs/ Viri probatissimi & Civis Rostochiensis primarii DN. CHRISTIANI Korffs/ filia sacra matrimonii jura iniisset. Quemadmodum itaq; hoc matrimonium quieta animorum conjunctione inviolatum, ita divina benedictione & læta prole fuit beatum & fœcundum: Tres enim filios JOHANNEM GEORGIUM, GEORGIUM & JOHANNEM & unicam filiolam MARGARETHAM ELISABETHAM vidi parens, quorū primogenitus in immatura ætate ex hac vita discessit, reliqui Patre dulcissimo ceu præsidio humano orbati quamvis in tenera ætate, tamen superstites, cū mæstissima Matre lachrymis parentis obitum acerbissime deplorant. Deus qui est fons bonitatis & gratiæ, qui est pater viduarum & orborum, illorum curam suscipiat. Quod vitam ejus attinet tam in ecclesiasticis quam politicis tales se gessit, quales plures bene ordinata Respub. cupit, quemadmodum enim Verbi Divini sedulus fuit auditor & cultor, ita in vita politica hoc egit ut omnium votolongiori vitæ termino dignus videretur, siquidem propter perspectam prudentiam primò ab Amplissimo hujus Urbis Senatu ante aliquot annos inter centum viros tanquam publici consilii participes connumeratus, deinde sedecem Vir creatus & Cassæ publicæ præfectus est: Tandem etiam Secretarius Judicii Ædilitii, des Gewettes dicti, constitutus, summa fide illi officio præfuit. Postquam autem 10. d. Novembris ardentissima febri correptus est, nec medicamina ab Excellentissimo & Experientissimo DN. JOHANNE BACHMEISTERO, P. P. & Reipubl Phys. Collega nostro conjunctissimo, sedulò adhibita, nec viduæ, nec liborum miserrimi planctus vim mortis avertere potuerunt.

Cum

Cum ergo vires morbi de die in diem auctas sentiret, de animæ salute in primis fuit sollicitus. Et accessito DN. JOHANNE QUISTORPIO, SS. Th.D. PP. & Pastore Jacobæo vigilantissimo, Collega venerando, ab immundis peccatorum sordibus sanguine Agni se purgavit, & Sacra Synaxi tanquam viatico ad vitâ æternâ devotè accepta, ardentissimis precibus Salvatori suo Jesu Christo animam suam obtulit, adeoq; qui longiores vitæ dies sperabat in ipso flore virilitatis 16. hujus, yitam cum morte commutavit.

Cum itaq; defuncti corp9 hodie debeat terræ demandari. Vos ego Cives Academicos honoratissimos, omnesq; literatos & literatorū fautores amantissimos, ad lugubre hoc humanitatis officium hortor & invito: Exsolvite quæso ultimum honorem Viro olim integerrimo, præbete solamen Viduæ liberisq; ac cognatis mæstissimis, præbete vos Christianos dū defuncti corpus ad suū sepulcrū frequenti præsentia & decenti honestate comitamini. Dabam


Rost. sub Sigill. Acad. 21. Novemb. Anno Christi 161c. Ic. LX.

Conventus fiet in templo Jacobæo.



Cum

dentia industria dedit eorum Parentum consensu c. Virgine URSULA Korfse stochiensis primarii DN. matrimonii iura iniisset. trimonium quieta animor ita divina benedictione & la dum: Tres enim filios JO GEORGIUM & JOH. MARGARETHAM ELIS primogenitus in immatura qui Patre dulcissimo ceu pr vis in tenera etate, tamen s lachrymis parentis obitum qui est fons bonitatis & gra orborum, illorum curam tinet tam in ecclesiasticis quales plures bene ordinadum enim Verbi Divini se in vita politica hoc egit ut termino dignus videretur, prudentiam primo ab Amp te aliquot annos inter centi filii participes connumerat & Cassae publicae praefectus rius Judicij Aedilitii, des Gen fide illi officio praefuit. Po bris ardentissima febri corre Excellentissimo & Experie BACHMEISTERO, P. P. & conjunctissimo, sedulo adh rum miserrimi planctus vin



the scale towards document

nec Anno 1646. sho sima & honestissima stissimi & Civis RONI Korfse filia sacra modum itaq; hoc matatione inviolatum, it beatum & fœcum GEORGIUM, & unicum filiolam vidi parens, quoru ac vita discessit, reliano orbati quam tu maxstissima Matre deplorant. Deus pater viduarum & Quod vitam ejus aticis tales se gessit, eupit, quemadmoduditor & cultor, ita votolongiori vita propter perspectam Urbis Senatu antiquam publici con edecem Vir creatus em etiam Secreta onstitutus, summa em 10. d. Novem medicamina ab N. JOHANNE ys. Collega nostro vidua, nec libero ertere potuerunt.

Cum